

159 Dis. IV. Part. IV. an De⁹ cōcur:cū cauſ: ſec. 160

nem, mediatē verò postquam Deus dedit eſe primordialibus cauſis, & in hoc ſenſu etiam ve- rum eſt, quod à Deo deriuatur omnibus eſe, & viuere.

Ad authoritates adductas ex illa Theologia ſecundum Egyptios ſimiliter potest responderi. Deinde non eſt veriſimile, quod tardius latuifit dicta Theologia, ſi inter germana Aristotelis opera computanda fore; item authoritas libri de cauſis non eſt tanta, quin abſolute negari poſſit, imo illa doctrina libri de cauſis videtur accedere ad doctrinam Arabum, & Saracenorū existimantium cauſas ſecundas nihil agere, ſed ad earum praefentiam cauſam primam omnia präſtare, cuius rei indicium maximum eſt, ſi quidem author libri de cauſis fuit quidam Arabs, teſte Pico Mirandulano, nomine Abucates Auenia.

Ad ſecundā probationem de amptū ex rationibꝫ exponendū.
Ad primā.

Ad ſolutiones rationum à Patre Raynau do allatarum deueniendum eſt, & primò ad pri- mā, quam defuſpīt ex S. Bonaventura in ſe- cundo diſcīplī: 37. art. 1. quaſi & cuius vis in eo fita eſt, quod omnis potentia crea- t̄a ſit purē actiua, vt ergo repondeatur, utque eius ſolutio fiat euidentiā. ſic eam reduco ad formam ſyllo- gistica: Potentia, que non eſt de le purē actiua, debet adiuuari ab ea, quæ eſt actus purus; ſed huiusmodi eſt omnis cauſa crea- t̄a; Probatur: Potentia defectiua non eſt purē actiua, ſed omni- nis potentia crea- t̄a, quantum eft de fe, eft de- fectiua, ergo debet adiuuari à concurſu Dei.

Repondeo diſtinguendo maiorem; eām- que concedo de ea potentia, que non eſt purē actiua, nec quoad virtutem agendi, nec quoad applicationem virtutis, quo pacto ſe habent cauſae crea- t̄e: reſpectu actionum ſupernaturalium, neque enim ſunt purē actiua quoad virtutem agendi, nec quoad applicationem virtutis, ſed à gratia actuali debent eleuari, & vna concur- reat ad eliciendum illum actum ſupernaturalē: at nego maiorem de potentia actiua quoad applicationem virtutis, vnde ad minorem dico quod potentia crea- t̄a, licet de fe non ſit purē actiua, quia illam virtutem non habet à ſe, ſed dependet in conſeruari à Deo; quod hoc non ſit purē actiua, attamen quoad applicationem virtutis non eft impotens, dummodo ſit ad ob- jectum ſibi proportionatum, ordinisque na- turalis, nec quoad hoc debet conſeri- defectiua, ſed tantum quoad entitatem potentiae, quæ entitas dependet in conſeruari ab iplo Deo.

Ad ſecundā.

Ad ſecundam conceſſa maiori; concedo etiam unam partem minoris, & nego alteram: concedo, inquam, quod effectus ſtatiu atque eft ens, dependeat à Deo non quidem effectuē, ſed per conſeruationem; negandum autem eft cum Aureolo, quod conſeruatio ſit continuata produc- tio; vult enim diſferre, probat hoc au- tem primo, quia produc- tio rei in iuſtantis, in quo eft, non eft continuata: ſed in toto tempore ſequenti, ergo conſeruatio non eft aliquis pro- ductio. Secundo, Si conſeruatio eft produc- tio continua, ipſa produc- tio habet de ſe, quod eft continua: At hoc patet eft falſum. Deinde euidentiā eft, quod conſeruatio, & produc- tio ſint quid diuerſum, quia etiam ſecundum aduerſarios Deus immediate, & ſe ſolo conſeruat crea-

turas, non tamen eft prodi- cūt ſe ſolo, ſed cum cauſis ſecundis, etiam ex communi opinione; conſeruat tamen eft, vt dixi, ſe ſolo, ergo conſeruatio non eft continuata produc- tio, alioquin ſicut produc- tio eft etiam à cauſa ſecunda, ipſa conſeruatio eft pariter à cauſa ſecunda: hoc autem non admittent aduersarij..

Quare ad hoc argumentum concedendum eft, quod Deus res omnes immediate conſeruat, non tamen imme- diato concurſu ad earum produc- tionem concurrat. Ad id verò, quod ſubdi- tur de entibus ſuccēſſiū, dico ea conſeruat à Deo, imo ipſammet actionem, ſtatiu enim, at- que aliquo modo res eft, illiciò cadu ſub manu- tentia Dei, ab eāque conſeruat, vnde nihil concludunt contra nos authoritates allatae. Ad D. Augustinum repondeo euidentiā patere, quod ibi loquatur contra Semipelagianos de actionibus ſupernaturalibus, dicebant enim illi voluntatem noſtram ad actus ſupernaturalis de fe primò aſſurgere, & poſtea adiuuari à Deo, & hoc certè erat dare ſecundas Deo, ſibi verò pri- mas, quoad actiones ſupernaturales, quod eft indecorum. At in actibus naturalibus etiam da- mus primas Deo, tum quia nos conſeruat, tum quia dedit primordialibus cauſis eſſe, agendiue quia virtutem.

Ad tertiam iam ſatisficerat Aureolus di- cens, quod conſiderando v.g. ignem, & ignito- nem ignis, non poſſet Deus facere, quin ignis ageret naturaliter loquendo, ſeu de potentia ordinaria; tamen ſecundum potentiam abſolu- tam poſſet ſuspendere actum, & effectum ignis; id autem praefaret non deſtruendo cauſam, ne- que immittendo contrariam formam, neq; non influendo, ſed per ſuam voluntatem impediendo cauſam neagat; nam licet peccatum formaliter a nobis ſolis, nullóque modo à Deo ſit, tamen poſſet Deus impide- re, ne eliciatur à voluntate, etiamſi voluntas eliciat actum, qui alioquin ſub- ſtratus foret peccato, niſi Deus per ſuam poten- tiam impide- re, ne deformitas ſequetur; nam ſicut Deus conſeruat virtutem cauſarum ſecun- darum, ita impide- re pothe, ne tranſiunt in adū etiam abſque immiſſione nouā forma, aut de- ſtructione cauſa, aut influxis.

Ad quartam concedo naſci priu Petrum, quām Paulum, hoc eft à Deo volente, & præor- dinante, non tamen influente imme- diato con- curſu in effectum. Aut dic cauſas liberas ſe de- terminare, etiam quoad hoc indiuiduum po- tius, quām ad aliud, v.g. mea voluntas ſeipſam determinat ad volitionem B. potius, quām ad volitionem A. de cauſis verò necessariō agenti- bus dico determinari ab hoc numero paſſo, & à circumſtantijs temporis loci, &c. v.g. cur ignis calefacit potius lignum A. quām lignum B. hoc prouenit, quia ignis reperit ſibi applicatum, & approximatū lignum A. non verò lignum B.

Respondeo Raynaldus iſta omnia eſſe ex- trinſeca, proindeque non poſſe magis hanc nu- mero actionem, quam aliam ſimilem; ſed hoc non offici; nam extrinſecum pothe determi- nare in genere cauſa efficientis, imo verò deter- minatio, quam in genere cauſa efficientis habet indiuiduum, eft extrinſeca, ratio enim intrinſica eius indiuiduationis eft ille gradus indiui- duans,